

M0007906: Fabricius Hildanus: Opera quae extant omnia, (1646), page 342

Publication/Creation

11 June 1941

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/m6ycrru5>

License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



*Anthoyna Iarin de Champdoro
ex Bugey aetate decessit sexagente
annis*

OBSERVATIO LXX.

*De infelicissimo successu sectionis venae
in cubito.*

*Ad Virum nobilem Dn. D. PAULUM OF-
FREDUM Medicum clarissimum &
doctissimum,*

Cui

Guilhelmus Fabricius Hildanus,

S. P. D.

Literæ tuæ Vir clarissime, fautor & amice æternum observandæ, 29. Decembris Genevæ datæ, 12. hujus mensis hic Bernæ mihi traditæ fuere: ex quibus negotium meum cum Dn. Roverio tibi cordi fuisse, satis perspectum habeo. Pro suscepto labore, imprimis pro singulari tua in me benevolentia, gratias, quas possum, ago maximas. Literas à Dn. Roverio simul quoque accepi, ad quas respondebo, quamprimum Latisannam reversus fuero, aut forsitan ipsemet Genevam me conferam.

Hicce diebus funestus mihi hic occurrit casus, quem nunc tecum communicare cõstitui.

Juvenis quidam ex nobili familia Bernensi oriundus, viginti quatuor annorum ætatis, constitutione corporis calidus & siccus, sed cacochymicus, qui per annos aliquot Lugduni in præsidio fuit, cui cum ante duos menses Lugduni mediana dextra phlebotomo pertusa fuisset, protinus dolore non solum in ipso cubito, verumetiam per totum brachium, & ad apices digitorum usque correptus fuit. Pollex similiter, index & medius primo stupore quodam doloroso per dies aliquot disarticulati fuere, deinde sensum, & motum quoque amiserunt: brachium quinetiam post paucos dies à venæ sectione ad humerum usque intumuit in modum intumuit. Quapropter alium quendam chirurgum Lugdunensem in consilium quoque adhibuit: qui cum inunctiones, cataplasmata, & similia adhibuisset, tumor brachii evanuit, præterquam in loco sectionis venæ, ubi tumor, qui magnitudinem pugni multum excedebat, remansit. Ad natale solum quum reversus esset, ac ego in consilium vocatus fuisset, tumorem istum in cubito, satis durum, locum verò, in quo venæ secta fuerat, utcumque lividum inveni. Rediit mihi tunc in memoriam similis casus